
Daszyński Stanisław: Quaestio physica de intellectu humano.




✠

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

QVÆSTIO
PHYSICA,
DE
INTELLECTV HUMANO,

Ex Libro 3. Aristotelis de Anima,

DESVMPTA.



SUB FELICIBUS AUSPICIIS,

Magnifici Perillustris, & Admodùm Reverendi Domini,

M. PETRI PRACZLEWIC,

S. Theologiæ Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum S. FLORIANI ad Cracou: & Pilecensis DECANI, Præpositi Prosouicensis, Scholarum Nouoduorscianarum & Contubernij Hierosolymitani Prouisoris, Almæ Vniuersitatis, Studij Cracoviensis,

GENERALIS ac VIGILANTISSIMI RECTORIS.

A

M. STANISLAO DASCZYNSKI,

Philosophiæ Doctore & Professore, Contubernij Staringeliani Seniore,

PRO LOCO,

In Collegio Minori Obtinendo,

In Perauguſto DD. Theologorum Lectorio,

Publicè ad disputandum



PROPOSITA.

Anno Domini 1701. Die 31 Octobris.

CRACOVIÆ TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO
PHYSICA,

V. Intellectus humanus, potentia omninò spiritualis, rectè distinguibilis distinctione reali in agentem & possibilem, ad suam Cognitionem, (quæ est circa Ens in communi, tanquam suum Obiectum adæquatum & terminatiuum,) indigeat speciebus impressis, nec ne?

CONCLUSIO I.

INtellectus humanus est potentia omninò spiritualis.

COROLLARIA,

I. *Intellectus humanus, est immortalis & æternus à parte post.*
II. *Intellectus humanus, est vitalis potentia animæ rationalis.*
III. *Proprium est intellectui humano, pro hoc statu, intelligere per conuersionem ad phantasmata.*
IV. *Intellectus humani, pro hoc statu, tres sunt operationes inter se differentes, simplicium apprehensio, iudicium & discursus.*
V. *Licet intellectus noster aliquid commune habeat cum sensu, omnino tamen differunt.*

CONCLUSIO II.

INtellectus humanus, rectè distinguitur distinctione reali, in agentem & possibilem.

COROL-

C O R O L L A R I A.

I. *Intellectus agens, etsi sit potentia animæ intellectiuæ, non tamen intelligit.*

II. *Intellectûs agentis, præcipuum munus est, illuminare phantasmata.*

III. *Intellectus agens, ad productionem speciei impressæ, concurrit vt causa efficiens principalis.*

IV. *Intellectus possibilis est veluti tabula rasa, ex se nullas habens species intelligibiles.*

V. *Intellectus possibilis, etsi sit intelligens & intelligibile, non tamen seipsum semper intelligit.*

CONCLUSIO III.

INtellectûs humani Obiectum adæquatum & terminatiuum, est Ens in communi sumptum.

C O R O L L A R I A.

I. *Idem Ens in communi sumptum, quod est Obiectum adæquatum terminatiuum intellectus humani, est etiam illius motiuum pro hoc statu, sed vt concernit quidditatem rei materialis.*

II. *Intellectûs nostri, non est primum cognitum, singulare materiale.*

III. *Intellectus noster, non potest attingere singularitatem per modum quidditatis.*

IV. *Singulare materiale, nisi reflexè ab intellectu nostro cognoscitur.*

V. *Etiam singulare spirituale, indirectè tantùm pro hoc statu noster intellectus cognoscit.*

CONCLUSIO IV.

INtellectus humanus ad suam cognitionem indiget speciebus impressis.

COROLLARIA.

I. *Species impreſſa intelligibilis, ſecundum rationem ſpeciei, nec eſt Subſtantia nec accidens, ſed ab vtraq; ratione abſtrahit.*

II. *Species impreſſa intelligibilis, ſecundum eſſe repræſentatiuum, eſt formalis ſimilitudo Obiecti.*

III. *Species impreſſa intelligibilis, influit actiuè in cognitionem.*

IV. *Species impreſſa intelligibilis, non eſt idem cum ſpecie impreſſa ſenſibili.*

V. *Potentia intellectiua, vnitur per identitatem ſpeciei impreſſæ intelligibili, in eſſe repræſentatiuo.*

DEO,
Enti ſummè Intellectiuo, qui pro hoc ſtatu
ab intellectu noſtro per ſpeculum in ænigmate cognoſcitur,
Laus ſine fine, Honor & Gloria.



Permiſſu Magnifici Domini
RECTORIS.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0022335

~~Darczyński Stanislai~~

~~Quaestio physica de intellectu humano.~~